

¶ Linea c c est linea argumenti Solis in eccentrico.

¶ Linea d d mediij motus Solis.

¶ c Centrum eccentrici.

¶ d autem centrum mundi.

¶ Locum Solis uerum inuenire.

**P**RIMO dirige augem rotulae deferentis super augem Solis. Secundo quaere mediū Solis motum ex tabulis Solaris mediij motus, quas in tabulis resolutis inuenies, eiusq; augem. Tertio deme augem à medio motu Solis, & relinquetur argumentum solare, quod ubi in eccentrico inuentum fuerit, supra id extendende d filum, hoc etenim in Zodiaco uerum Solis locum indicabit. Ut, tempore dato medius motus Solis erat 10 signorum, 5 graduum, 21 minutorum, 42 secundorum: Aux Solis autem 3 signorum, unius gradus, 22 minutorum, & 26 secundorum, qua à medio Solis subtracta, remanent 7 signa, 3 gradus, 59 minuta, & 16 secunda, argumenti scilicet mediij Solis. Hoc igitur numeravi in eccentrico, & super id posui filum d, quod in Zodiaco ostendebat uerum locum Solis esse in 6 gradu Aquarij tempore dato, ad meridianum Babenbergensem.

¶ Aliter idem efficere.

**V**MERA (affixa prius rotula deferente augem ipsi instrumento, ita ut aux rotulae respondeat augi solari) in signi fero medium motum Solis, super quem pone filum d, huic æquidistanter produc c filum eccentrici, deinde d filum pone super intersectionem c fili, & extremae eccentrici superficiei, id in Zodiaco ostendet uerum locum Solis. Exemplum hoc in loco apponere superuacaneum duxi, quandoquidem in priori Canone simile posuerim.

c EQVA.